



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

102. De familiaritate extranearum mulierum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

de quibus nominibus nefas est aliud quām natura constituit suspicari.

Ne ancillæ vel libertæ cellarum teneant
Clericorum vel ministerium secretum im-
pendant. *Ex Concilio Agathenfi.*

C I. Ancillas vel libertas à cellario vel à se-
creto ministerio & ab eadem mansione in qua
Clericus manet placuit removeri.

Conc. Agath.
c. II.
Burchard. lib.
2. c. 113.

De familiaritate extranearum mulierum.

Ex Concilio Aureliano.

C II. Ideoque statuimus ut ne quis anti-
stитum aut Clericorum licentiam habeat intra
domum suam ullam, absque propinquis mu-
lieribus quas priores canones eloquuntur, ha-
bere personam. de quibus etiam id specialiter
inhibetur, ut si quis Clericorum suspicionem
adversam aut oblocutionem populi ob mulie-
rem quamcumque incurrit, eam statim, si in-
tra domum suam habet, abiciat. Si certè extra-
nea & sui juris est, istam omnibus conditioni-
bus studeat abicere, ut infamia quæ excitata
est abrogetur. Quòd si quilibet antistitum vel
Clericorum quod suprà scriptum est vitare
noluerit, pro inobedientia triennij excommu-
nicatione multetur. Quòd si adulterij permix-
tione fuerit adprobatus, in regradatione hono-
rum, priorum canonum statuta serventur.

Concil. Au-
relian. 3. c. 4.

De eadem re. *Ex Concilio Turonico.*

C III. Et quia diabolo nullum locum dare
oportet, hoc præcipue custodiendum decre-
vimus, ut nulli Clerici cum extraneis feminis

Concil. Tu-
ron. 1. c. 1.
Burchard. lib.
2. c. 116.

E iij